

2. Media, quibus *DEus* utitur *ad nos*, non medium, quò *nos* utimur ad *DEum*. Posterius est fides, fides autem non est omnium hominum.
3. Sunt illa media, quibus *DEus* utitur in vocatione nostrâ, & intelligimus vocationem non *per naturam*, sed *per Scripturam*.
4. Omnibus non eòdem quidem modò & gradu, verò tamen & *suffi-*  
*cienti modò*. In gradu & modò est varietas.

## VI. Destinavit.

1. *Destinatio* est *universalis*, *dispensatio singularis*.
2. *Singularis*, ut non miremur *arcana* hujus, sed *revelatâ*. De reliquis actibus gratiæ in seqq. Articulis agetur.

## CONFIRMATIO

### Tit. II.

v. II. Επεφάνη γδ ἡ χάρις τῆς Θεῶς ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις.  
 12. Παιδύσασα ἡμᾶς, ἵνα ἀνησυχῶμεν τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς  
 ἐπιθυμίας σωφρονῶς καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.  
 13. Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ  
 μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 14. Ὁς ἔδωκεν ἑαυτὸν  
 ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσῃται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθάρσῃ  
 ἑαυτῷ λαὸν ἑαυτοῦ ἑξελήλυθον ἐργῶν καλῶν ἔργων.

Apparuit enim gratia DEi salutaris omnibus hominibus. Erudiens nos, ut abnegemus impietatem & mundanas concupiscentias, ac sobrie, & justè, & pie vivamus in præsentī seculo; Expectantes beatam spem & apparitionem gloriæ magni DEI, & Salvatoris nostri JESU CHRISTI: Qui dedit seipsum pro nobis, ut liberaret nos ab omni iniquitate & purificaret sibi Ipsi populum peculiarem, æmulum bonorum operum.

Apostolus nominat *χάριν* salutarem. Tribuit Huic gratiæ varios actûs, erudire &c.

Vocatur gratia DEi salutaris omnibus &c. Id est gratia misericordiæ. Meritum Christi dicitur, quando Christus ὁ σωτῆρ vocatur, v. 13. II.

*Qui dedit semetipsum pro nobis*. Sic meritum Christi nominatur.

Apparuit gratia DEI salutaris *omnibus hominibus*. Ita objectum indigitatur.

## ANTITHESIS.

1. Omnium Pelagianorum & Pelagianizantium, qui nomen gratiæ usurpârunt, rem ipsam negarunt, sunt autem hi Pontificii.
2. Calvinianorum, qui particularem gratiam faciunt.

ARTI-